Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



leam oportebat autem eum transire
per mediam samariam. Venit ergo
in ciuitatem samarie que dicitur
sichar iuxta predium quod dedit ia
cob ioseph filio suo. Erat autem ibi
fons iacob. Iheſus autem fatigatus
ex itinere sedebat sic super fontem
Hora autem erat quasi sexta. Venit
mulier de samaria haurire aquam.
Et dicit ei iheſus. Da mihi bibere.
Discipuli autem eius abierant in ciu
tatem ut cibos emerent. Dicit ergo
ei mulier illa samaritana. Quomo
do cum iudeus tu sis bibere a me poſ
cis. que sum mulier samaritana.
Non enim conuuntur iudei samaritanis.
Respondit iheſus et dixit ei. Si sci
res donum dei et quis est qui dicit ti
bi da mihi bibere tu forsitan petisses
ab eo et dedisset tibi aquam viuam.
Dicit ei mulier. Domine neque in q
hauritas habes. et puteus altus est.
Unde habes aquam uiuam. Numquid
tu maior es patre nostro iacob qui
dedit nobis puteum istum et ipse ex
eo bibit et filii eius et pecora eius. Re
dit iheſus et dixit ei. Omnis qui
bibit ex aqua hac sitiet iterum.
Qui autem biberit ex aqua quam ego
dabo ei fiet in eo fons aque salien
tis in uitam eternam. Dicit ei mu
lier. Domine da mihi hanc aquam
ut non sitiam neque veniam huc hau
rire. Dicit ei iheſus. Vade uoca u
rum tuum et veni huc. Respondit
mulier et dixit. Non habeo uirum. Di
cit ei iheſus. Bene dixisti quia non habeo
uirum. Quinque enim uiros habuisti
et nunc quem habes non est tuus
uir. Hoc uere dixisti. Dicit ei mu
lier. Domine ut uideo propheta es
tu. Patres nostri in monte hoc ado
rauerunt. Et uos dicitis quia ihe
rosolimis est locus ubi adorare opo
tet. Dicit ei iheſus. Mulier crede mi
hi quia ueniet hora quando neque in monte
hoc neque in iherosolimis adorabitis
patrem. Vos adoratis quod nesciis
nos autem [illegible] adoramus quod sci
mus quia salus ex iudeis est
Sed uenit hora et nunc est quando
ueri adoratores adorabunt patrem
in spiritu et uitate. Nam et pater tales
querit qui adorent eum. Spiritus
est deus et eos qui adorant eos eum
in spiritu et uitate oportet adorare
Dicit ei mulier. Scio quia messias
uenit qui dicitur cristus. Cum ue
nerit ille nobis annuntiabit omnia
Dicit ei iheſus. Ego sum qui loq
tecum. Et continuo uenerunt dis
cipuli eius et mirabantur quia cum
muliere loquebatur. Nemo tamen
dixit. Quid queris. aut quid loq
ris cum ea. Reliquit ergo hydria
suam mulier et abiit in ciuitatem
et dixit illis hominibus. Venite
et uidete hominem qui dixit mihi
omnia quecumque feci. Numquid ipse
est cristus. Et exierunt de ciuita
te et ueniebant ad eum. Interea
rogabant eum discipuli eius di
centes. Rabbi manducca. Ille autem
dixit eis. Ego cibum habeo manducare
quem nos nesciis. Dicebant
ergo discipuli eius ad inuicem. Nunq